

SCRIPTA

Numéro Scripta : 971

Auteur(s) : Adrien IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Guillaume de Tournebu, Bayeux (doyen chapitre cathédral)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1156, 16 février

Lieu d'émission : Bénévent

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Adrien IV, dans une lettre au doyen Guillaume de Tournebu et au chapitre, confirme les donations faites par Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux, au chapitre et à plusieurs dignitaires de l'église de Bayeux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CLXXXI, t. 1, p. 225-227.
- b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 19, p. 79-80.

Dissertation critique

Datation proposée par V. Bourrienne et J. Ramackers.

Texte établi d'après a

Adrianus, episcopus, servus servorum Dei, Guillelmo, decano, et universis canonicis Baiocensis ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens ab ecclesiasticis viris, super his quae juste ac legitime possident, nostra confirmatio imploratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri, ne, si forte apostolicum munimen eis decreverimus subtrahendum, locum dare ad perturbationem ecclesiarum pravis hominibus, quibus potius resistere nos convenit, videamur. Inde siquidem est, dilecti in Domino filii, quod petitioni vestrae prompto concurrentes assensu quasdam ecclesias et alia beneficia, quae venerabilis frater noster Philippus, episcopus vester, suo studio acquisivit, et vobis, tum ad usus communionis, tum ad proprietatem quorundam personatum, rationabili dispositione concessit, auctoritate vobis apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Quae nimirum propriis vocabulis decrevimus annotanda : ad usus communionis : ecclesiam de Carnet, et ecclesiam de Carchinneio, cum pertinentiis earum, ecclesiam de Ysineio, quam habetis ex dono bonae memoriae Riccardi, quondam episcopi vestri, decimam redditus forestarum de Nuilleio, terram quae fuit Willelmi Wales in Nuilleio, et in nemore Alæ, sub eadem libertate quam habet terra cantoris in Nuilleio, ecclesiam de Chahainnoliis cum pertinentiis suis, terram de Aneriis quam Willelmus Crassus habuit in pignore, decimam instauramenti de dominio episcopi, in Dobria, et decimam fori de Tilleio ; ad proprietatem subdecanatus : ecclesiam Sancti Manveii, ecclesiam de Spineto, ecclesiam de Folia, et ecclesiam de Buinna, cum pertinentiis earum, in ea

libertate in qua sunt aliæ ecclesiæ aliorum personatum et communionis ; ad proprietatem succentoriæ : ecclesiam de Heriz, et jus quod eidem officio deputavit in ecclesia de Summerveu, cum pertinentiis earum, in eadem libertate in qua ecclesiæ supradictæ consistunt ; tam vero ad subdecanatus quam succentoriæ proprietatem: molendinum de Bisazia, et terram de Maisnil. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem id attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Beneventi, quarto decimo kalendas martii.